



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wenceslavs M. 28. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Reliquit tamen opus immortale post se, & quia nullum Praxiteles. Ex Bavar. Senat.

Beatus qui sanitatem ut lucem diligit, & nebrois diaboli operibus non inquinat corpus suum in conspectu sanctissimi Dei nostri. Beatus qui corpus suum servatori custodit, & malis operibus contaminat animam suam, sed gratius mandat Domino Deo suo. S. Ephrem. in Beatitud.

S. WENCESLAVS M. 28. Septembri.

Disparis educationis dispare exitus videtur. Erant WENCESLAVS & Boleslaus germani fratres, Bohemiæ uterque Dux: sed illum via Ludmilla sanctissima matrona, hunc monstra mulieris Drahomira mater eduxit. Nempe uter mores nutricis imbibit. Fratres negaret: tam ille pietatem oderat, tam ille amaverat. Ille divina humanaque omnia susque deque habere, hic vero nudis pedibus summâ hieme templa obire, & sufficienti Sacerdoti minister adesse. Ostendit calum, gratum sibi esse, hominum iis muniis affuerent, quibus cives sui Angeli delectarentur. Cum enim in Radislaum moveret WENCESLAVS parcus sanguinis suorum, se prodigus sui, hosti drellum obtulit, ensiculo brevi succinctus, sed benedictus in cilicio & cruce armatus. Adebat ille totus ferens, hastaque ingenti & machera timendum; verum pugnam sibi non cum homine esse, sed angelio videt, qui perterritum ad genua WENCESLAU cogit descendere. Quin Otho etiam Imperator cum comitia haberet, inter Angelorum manus ingressi aulam WENCESLAVM vidit, comitem profecto ipsi etiam Imperatori invidendo. Tandem Drahomira blandis verbis ad se invitatum

per Bolesl. diem noctis ad: cu simodò citas ad: aon lever ferat. E Nemo nnibus, nus, pate lob, hom S, CH Sc le pe minin cinus Cl tuim C collo in j gudio, cederetu undum facere o las hone atyra tacerent vitam el go liber institutu ininere p a captiv illis serp adventu Angelici e pradam pet

per Boleslaum in mensâ obruncat. Sed parricidum novercæ matris, neque ipsa quidem Styx nuntiavit: curru quippe vectam cum omni comitatu (simodò aurigam excipias, qui ære campano exstitus ad aram accurrerat) vivam absorpsit, utique non levem terram habituram, cui viva tam gravis erat. Ex Surio.

Nemo sberet in patronis, nemo in amicis aut parentibus, cum etiam frater fratrem tradat in mortuus, pater filium & filius patrem. S. Ioann. Chrysostom. hom. 24. in Matthæum.

S. CHARITON CONF. 28. Septembris.
Sic persuasum habeo, ut dedecus plenum ignominia civi Romano fuit, ita plenum gloriae famam Christiano fuisse, ad tribunal cœli. Cur tamen CHARITON nobilis Iconii civis obtorto collo in jus iniquissimum raptatus exultavit etiam gaudio, cum in crucis formam extensus flagris foderetur barbarum, & facibus ustularetur miscandulum, nisi quod uni Scevolæ Romano invidiam facere omnes Christiani vellent, doceteque nullas honestiores cicatrices esse, quam pro Christo tyranno acceptas? His plenus miles noster in tacerem detrusus est. Aperuit tamen hunc, quem nam clausit impiam Aureliano mors impia. Ergo liber CHARITON, ut Christi vestigiis insisteret, instituit Hierosolymam petere; sed interceptum ex inimico prædones in antrum suum abducunt, ignari captivo se spoliandos. Etenim cum palantibus illis serpens haustum libasset, mortem omnes sub adventum biberunt, & e vinculis CHARITON Angelii operâ exemptus, spolia omnia prædonum prædam pauperum fecit. Inde jam animis insidias strueret.